



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 188. Tolle hunc. v. 18.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

Levitici de duobus hircis, super quos sacerdos mittebat sortem, qui eorum immolandus esset; & quis in caprum emissarium esset dimittendus. Christus Dominus, tametsi agnus ob innocentiam suam; propter iniquitates tamen nostras, quas in se expias suscepit, hircus sanctens videbatur Barabbam autem revera foecidum hircum esse; nemo ambigit, excepto populo Iudaico, cui improbitatis foecor, velut spurcissimi scatabat in gratior fuit, quam suavis odor innocentiae Christi. Ille ergo hircus figuratus, hircus vero dimisso, immolatus est. Alter vero hircus verus emissarius caper factus est. At sicut illi qui emissarum caprum in desertum deducebant, immundi reddebanuntur; donec se lavarent aqua lustrationis: ita Judæi, petentes Barabbam sibi dimitti, immundi facti sunt; nec inquam mundari poterunt; donec lustrali aqua baptismi lavenentur in Ecclesia nova per Christi mortem fundata.

§. 188. Tolle hunc. v. 18.

Quid clamabant, vociferantes turbæ? quod ipsi volebant: non quod Pilatus optabat. Quasi dicerent: non possumus cum amplius videre, frustra nos vexas & te, fac voluntatem nostram, ut jam cœpisti, perge, istum ne caudire amplius volumus & minus pati possumus, ut vivat.

O Pilate, vides quid feceris? vides, quod justitiam non possis simul tene-
re, & hominibus placere! sed perge jam miser ingressus viam malam;
non potes jam non errare, nisi relegas totum iter quod in ea consecisti.
Redi ad primum verbum tuum: nullam culpam invenio. & adde, ne qui-
dem emendare in aliquo possum.

§. 189. Et dimitte nobis Barabbam. v. 18.

Vides Pilate jam, quod verum sit verus dictum proni sunt sensus ho-
minum in malum; tanta pronitate, ut si ex una parte stent virtia cum pa-
titibulis, ex altera, virtutes cum coronis, homines malint currere ad vitia,
quam virtutes. Vides hoc: ita certe factum est ante oculos tuos; negare
non potes. O indicibilis corruptio humani generis facta in Adam! quantal
quantal Iesus sanctas, innocens, & verus Deus postponitur Barabbæ la-
troni, seditione & homicida! obistupescite cœli; nam terra hoc quod fecit;
quomodo stupebit?

D' Omine Iesu Christe, fili Dei vivi, qui hora diei tertia, pro salute huma-
na à Iudæis reprobarti voluisti, petentibus eis Barabbam latronem di-
mitti; te vero vitæ authorem Crucifigi: da mihi te creatorem meum pro
omnibus semper eligere; & pro nulla te creata te unquā reprobare. Amen.

R. 2

§. 190.